



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

VII. De capitulis episcoporum, abbatum, & aliorum praelatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

fuerit expedire , quod de consilio ordinarii ad alia
ANNO
CHRISTI
111.

VII.

Item , licet felicis recordationis Gregorius pa-
pa nonus prouidere statuerit , vt in singulis regnis
seu prouinciis prælati ordinis sancti Benedicti de
triennio in triennium capitula regularia celebrare
deberent , & nos idem statutum in prouinciali du-
xerimus innouandum ; quia tamen nullus fructus
adhuc est ex prædicto statuto & innouatione , re-
petita vice decreuimus eadem capitula celebrari ;
iure tamen ordinariorum per omnia saluo .

VIII.

Item ne monasteria immoderatis visitatorum
sumptibus grauiter onerentur , statuimus vt quilibet abbas , qui pro tempore visitator fuerit , vel etiam
capitulum generale accesserit , octo euentio-
num numerum non excedat : inferiores vero ab-
bates paucioribus sint contenti .

IX.

Item cum dolore accepimus , quod quadam
moniales in eodem monasterio communiter habi-
tantes communem vitam non ducunt , nec in eodem
comedunt refectorio , sed seorsum per came-
ras speciales . Volumus igitur vt communiter re-
gularia loca frequentent , & in eodem refectorio
communibus cibis vtantur . Et quod abbatissa ab
aduentu Domini usque in octauam epiphaniae , &
septuagesima usque in octauam paschæ , in dormi-
torio dormiat , & in refectorio comedat cum eius-
dem .

X.